

tenus per te solum, quamdui memoratus Arnaldus extra dictam curiam fuerit, ...procedere ...studeas diligenter. Contradictores etc.

Datum Auinione III. Non. Oct. anno XVIII.

K. H. Schäfer.

## Die beiden ersten Kardinalskonsistorien des Gegenpapstes Felix V.

Bei Ciacconius-Oldoinus, deren Angaben Eubel<sup>1)</sup> übernimmt, ohne eigene Forschungen als Ergänzung bieten zu können, finden sich Mitteilungen über die beiden ersten Kardinalsernennungen des Gegenpapstes Felix V, die verbesserungsbedürftig sind. Eine Originalbulle des Baseler Konzilspapstes, deren Text ich unten ganz veröffentlichte, gibt uns den genauesten Aufschluss über den Hergang der Dinge.

Das erste Kardinalskonsistorium feierte Felix in Thonon am 2. April 1440<sup>2)</sup>. In demselben ernannte er als Vertreter der Franzosen den Bischof von Lausanne, Ludovicus de Palude OSB, als Vertreter der Italiener den Bischof von Novara, Bartholomaeus Visconti, zu Kardinalpriestern, als Vertreter der Deutschen den Erwählten von Utrecht, Walramus de Moers, und als Vertreter der Spanier den apostolischen Protonotar Alfonsus de Carilo zu Kardinaldiakonen. Nur Ludovicus de Palude nahm die ihm übertragene Würde an, wie Felix erzählt. Demnach ist die Bemerkung des Ciacconius nicht richtig: „Bartholomaeum Visconti dignitatem cardinalitiam occulto suscepisse, sed palam eam recusasse“. Desgleichen ist die Nachricht falsch, dass „Sbigneus Olesnicki episcopus Cracoviensis, qui, licet ab Eugenio IV fuisse creatus cardinalis, pro cardinali a Felici V creato aliquamdiu se gerebat“. Wäre das der Fall gewesen, so hätte der Gegenpapst es auf keinen Fall unterlassen, diese für ihn hochbedeutsame Tatsache hervorzuheben. Aus dem ersten Konsistorium ist also nur ein Kardinal hervorgegangen, und zwar der an erster Stelle genannte Ludovicus de Palude.

Am 12. Oktober 1440 fand in Basel das zweite Kardinalskonsistorium statt. In demselben ernannte Felix eine ganze Anzahl von Kar-

<sup>1)</sup> Hierarchia Catholica Medii Aevi, Tom. II, pagg. 9, 10. In einer Anmerkung sagt Eubel: Quae de cardinalibus ab eo creatis afferuntur, ex opere Ciacconii-Oldoini desumpta sunt; fides sit apud ipsos.

<sup>2)</sup> Bei Ciacconius ist der 20. Januar 1440 angegeben.

dinälen, von denen er jedoch in der auf das geheime Konsistorium folgenden Konzilskongregation nur acht veröffentlichte, nämlich die bei Ciacconius richtig genannten Persönlichkeiten. Anstatt „episcopus Argentinensis“ muss man allerdings bei Johannes de Ragusis O Praed. tituli Sancti Sixti setzen, „episcopus Argensis“, womit Ardjidsch in der Walachei, Suffraganat von Kalocza-Bais gemeint ist. Weiterhin ist hinzuzufügen, dass der Bischof von Dax Bernardus de la Planche erst den Titel Sanctorum Nerei et Achillei und dann denjenigen Quatuor Coronatorum erhielt. Ich bezweifle, dass der electus Frisingensis Johannes Grünwalder<sup>1)</sup>) und der von Felix genannte Johannes de Bavaria ein und dieselbe Person sind.

Auf die Aufzählung der Ernannten und die ihnen überwiesenen Titel folgt eine längere Ausführung über die Präcedenz unter den Kardinälen. Diese eingehenden Bestimmungen sind von hohem Interesse und müssen mit den Akten des Konzils genau verglichen werden. Dass die *natio Italica* dabei nicht erwähnt wird, hebe ich besonders hervor.

Die ausgezeichnet gut erhaltene Urkunde dieses Gegenpapstes weist den Registraturvermerk der apostolischen Kammer auf und ist mit dem ersten der beiden in Gebrauch gewesenen Namensstempel Felix V. besiegelt.

*Basel Staatsarchiv. — St. Urk. cap. 1237a. Basileae 1441 Februarii 4.*

Felix episcopus servus servorum Dei.

Ad vinee Dominice operarios nostre solicitudinis intuitum convertentes condignum arbitramur, ut eis qui dudum universalii servierunt Ecclesie et in ipsis et nostris continue insistunt obsequiis, specialibus perogativis et honoribus prosequamur.

Cum itaque Thononii Gebennensis diocesis IIII non. Aprilis anno a Nativitate Domini millesimoquadragesimoquadragesimo, postquam ad summi apostolatus apicem fuimus assumti, quatuor in Sancte Romane Ecclesie cardinales, qui pro regimine universalis Ecclesie nobis assisterent et collaterales essent, nominaverimus et publicaverimus; videlicet venerabiles fratres

- (1) Ludovicum de Palude tunc dictum Lausanensem de natione Gallicana,
- (2) Bartholomeum Novariensem episcopos de natione Ytalica presbiteros dilectos filios,

---

<sup>1)</sup> Von dem es heisst, dass er dignitatem cardinalitiam zurückgewiesen habe.

- (3) Volranum electum Traiectensem de natione Germanica et  
 (4) Alfonsum de Carilo apostolice sedis notarium de natione Ysp-  
     nica diaconos cardinales,

quorum sic nominatorum ipse Ludovicus tantum acceptavit.

Subsequenter vero in hac civitate IIII idus Octobris eodem anno in consistorio decreto (*sic; legas secreto*) nonnullos alias diversarum nationum nominaverimus, quorum nominatorum in congregatione generali sancte synodi Basiliensis eadem die publicavimus venerabiles fratres

- (5) Alexandrum patriarcham Aquilegensem,
- (6) Othonen Dertusensem, absentes,
- (7) Georgium Vicensem,
- (8) Franciscum Gebennensem,
- (9) Bernardum Aquensem,
- (10) Johannem Argensem<sup>1)</sup> episcopos,

et dilectos filios

- (11) Johannem de Bavaria utriusque iuris doctorem et
- (12) Johannem de Segobia in sacrapagina (*sic*) professorem presentes, cuilibetque ipsorum presencium capellum rubeum imposuimus, qui eum cum humilitate et reverencia debitissimis recipientes acceptarunt et iuramentum iuxta formam super hiis in decreto ipsius sancte synodi Basiliensis contentam nobis prestiterunt; aliis vero duobus supradictis absentibus misimus, qui illum modo consimili reperirent et acceptarunt ac eisdem publicatis in sequenti consistorio titulos dedimus; videlicet

Alexandro patriarche Aquilegensi Sancti Laurencii in Damaso,

Othoni Dertusensi Sancte Potenciane,

Georgio Vicensi Sancte Anastasie, quem postmodum ad titulum Sancte Marie Transtiberim transtulimus,

Francisco Gebennensi Sancti Marcelli,

Bernardo Aquensi Sanctorum Nerei et Achillei, quem eciam ad titulum Quatuor Coronatorum transtulimus,

Johanni Argensi episcopis Sancti Sixti,

Johanni de Bavaria Sancti Martini in Montibus et

Johanni de Segobia Sancti Calixti.

Ceteros vero non publicatos suis loco et tempore publicandos reservavimus.

---

<sup>1)</sup> Ardjisch in der Walachei; Suffraganat von Kalocza-Bacs. Johannes fehlt in der Liste bei Eubel.

Verum quia in ipsa generali congregatione <sup>1)</sup> paulo ante prenominatorum publicationem legi iussimus quasdam alias nostras licteras, quibus statuebamus et ordinabamus, ut non obstante quacumque publicatione per nos tunc fienda, hii in consistorio secreto, ut premictitur, nominati ordinem et locum per nos eis tunc assignatum obtinerent infuturum iuxta illum ordinem, quem in suis dignitatibus, officiis et gradibus ante huiusmodi promotionem habebant, omnibusque prerogativis, preeminenciis et privilegiis gauderent ac si ex <sup>2)</sup> nunc eorum predicta promotio publicaretur, ut in eisdem licteris nostris plenius continetur, quarum tenorem presentibus volumus haberi pro expresso.

Nos vero attentes, quod predicti ad cardinalatus dignitatem nominati et publicati, qui supra acceptarunt et iurarunt assidue pro fide, iusticia et auctoritate universalis Ecclesie in dicta sacrosancta generali synodo Basiliensi representate servanda, pondus diei et estus sustinentes, sine intermissione usque ad diem presentem laborarunt in ipsis et nostris iugiter insistendo obsequiis, ex quo preceteris debent potiori prerogativa iuris congaudere, ipsos donis amplioris gracie pertractari volentes, statuimus, decernimus et declaramus ex certa sciencia hiis causis et aliis animum nostrum moventibus, nostre intentionis fuisse et esse, eosdem ad cardinalatus dignitatem promotos ut supra nominatos et publicatos intra numerum cardinalium per ipsam sanctam Basiliensem synodum decretatum <sup>3)</sup> inclusos et comprehensos et in iure, numero et ordine potiores aliis promotis nondum publicatis et infuturum publicandis quibuscumque; etiam si predictis iam publicatis ad aliorum publicationem fuerit per nos processum et tempore eorum publicationis priora loca fuerint eis reservata; videlicet

de natione Gallicana Sancti Marcelli secundo et Sanctorum  
Quatuor Coronatorum tertio,

de natione Germanica Sancti Laurencii in Damaso primo,  
Sancti Sixti secundo et Sancti Martini in Montibus tercio,

de natione Yspanica Sancte Potenciane primo, Sancte Marie  
Transtiberim secundo et Sancti Calixti prefatos tercio locis,

quibus per predictas licteras nullum volumus super hiis preiudicium  
generari, sed illis quo ad eosdem ex certa sciencia expresse derogari  
in contrarium fieri, non obstantibus quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis, declarationis, voluntatis et derogationis infringere, vel ei ausu

<sup>1)</sup> Von *ceteros vero bis congregatione* steht auf Rasur.

<sup>2)</sup> Auf Rasur.

<sup>3)</sup> Von *sanctam bis decretatum* steht auf Rasur.

temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum Eius se noverit incursum.

Dat. Basilee II non. Februarii anno a Nativitate Domini millesimo-quadragesimoquadragesimo primo pontificatus nostri anno primo

*In plica rechts* Jo. Marende.

*Darüber von anderer Hand* duplicata.

*Sub plica links.* Marua.

*A tergo über der Bulle* R.ta in camera apostolica

Die Bleibulle zeigt die Legende 

: FELIX :

: PP : V :



Sie hängt an kanariengelber und weinroter, lose gedrehter, mitteldicker Seidenschnur von minderer Beschaffenheit.

Paul Maria Baumgarten.

---